UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Iulius Cæsar Margicus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

produnt. Argumentari licet è ſpolijs, & occaſione planè idoneâ; denique è minis illis quæ ex eius ore auditæ ſunt dicentis; breui quempiam è Sacerdotibus Chriſtianis manu ſuâ cædendum.

P. Iulius Cæſar Margicus.

Italus. in Siam incerto menſe. 1630. ætat. 44. Soc. 26.

P. Sertorius Caputus (vir ille ſanctimoniæ laude vſque ad admirabilitatem celebratus) illi in Philoſophia literarum ſimul & eximiæ virtutis magiſter fuit. Optabat Societatem, vt Indias & martyrij gloriam iſtic adipiſceretur; cùm tam fœcundas earum palmarum Indias eſſe literæ nunciarent. In India, poſt alia, Siamenſium ſaluti nauauit operam. ibi ab interprete ſuo perfido per calumniam accuſa-

tus,

tus, & occulto veneno fructibus illito peremptus eſt. Eius corpus ignoti & Angelico vultu ac maieſtate conſpicui adoleſcentes circumſtare conſpecti ſunt. *Angeli.*

Ludouicus Mendius.

Miſſu S. Xauerij in piſcariam oram profectus, ibi perquàm diligenter operarij boni munus impleuit. Cùm autem in puſillũ Chriſtianorum gregem, innato in eam quam ſuſceperant religionem odio Ethnici cæde miſerabili graſſarentur, ac templo Chriſtiano ignem circumdarent, blandè illos rogabat Ludouicus, vt ædi ſacræ ac innoxijs Chriſtianis parcerent. Hæc agentem Maurus in ceruice, ac in femore vulnerauit: mox præci-

Luſitanus. in ora Piſcaria. incerto menſe. 1552.

Fides.